

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Historia Zaringo Badensis**

**Schöpflin, Johann Daniel**

**Carolsruhae, 1765**

LXXXII.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295118)

## LXXXII.

RUDOLPHI, DYNASTÆ USENBERGICI, LITERÆ  
DE PRÆDIIS ABBATIÆ TENNEBACENSI  
VENDITIS.

ANNO MCCXIX.

*Ex tabulario Abbatiae Tennebacensis.*

**I**n nomine Domini. Ego R. de Vfenbe - - - Cum simus mortales - -  
sciant ergo, quorum interest, tam præsentis, quam futuri, quod  
Joannes de Kencingen Conditione Miles jure proprietatis noster. Cum  
haberet agros & prata in vicinia Curtis cujusdam *Langenbogen* Ten-  
nibach pertinentis. receptis ex Pacto X. Marcis à Domino C. per idem  
tempus ejusdem Domus Abbate eosdem agros & quidquid ibi habebat,  
prato tantum excepto, in manus nostras resignavit, non solum autem  
ipse, sed & uxor & filii & filie sue jam dictos agros nobis resignaverunt,  
erant enim ut vulgo dicitur *erbilehin*. & ipse J. Censum inde constitu-  
tum, id est XXX. Denn. de manu nostra feodaliter tenebat. Resi-  
gnatis ergo nobis agris eisdem nos & filii nostri rogatu ejusdem J. eos  
jam dicto Domino Abbati & fratribus ipsius de Tennibach *rehtim erb-  
lehen* pro VI. Denn. annuatim exinde persolvendis in perpetuum con-  
cessimus possidendos. Duos autem sol: quos adhuc de Censu antè dicto  
supererant de prato, quod idem J. sibi retinuerat annuatim, nobis per-  
solvi statuentes - - - - - item  
Heinricus de Valkenstein cum haberet agros & prata in eodem loco de  
manu

manu nostra feodaliter receptis etiam ex pacto XII. marcis in supradicto Domino Abbate & fratribus ipsius de Tennibach eosdem agros & prata & omnino quidquid ibi habebat, nobis resignavit. Itemque nobis de predio suo proprio tantum assignavit et dedit in Villa Endingen, rursumque de manu nostra feodaliter recepit, quod ad Valentiam XII. marcarum poterat estimari. sic enim Abbas et fratres sui nobiscum et cum ipso H. de Valkenstein convenerant. ut nos eodem predio vel alio si nobis ita competeret. agros et prata supradicta quorum proprietates ad Comitem R. de Habisburch spectabat ab eodem Comite eximeremus, et sepedictus Abbas et fratres sui eosdem agros et prata taliter coemptos idem à Comite R. nobis libere donatos de manu nostra *ze rehtim erblehen* reciperent et pro VI. Denn. annuatim exinde persolvendis in perpetuum obtinerent. his omnibus ita ordinatis nos eis agros et prata, de quibus ante diximus juxta formam supra scriptam in Campo, qui est Gundelvingen et Tenhilingen, in præsentia multorum concessimus. Ut autem hæc transactio et Concessio - - - stabilis etc. Acta sunt hæc anno ab incarn. Domini M. CC. XIX. XVI. Kal. Decembr. jndict. VII. testes Comes Egino - - - testes autem prioris donationis, que facta est in Castro nostro Kurinbe. in prima porta superiori, eodem anno in proxima secunda feria ante ascensionem Domini, hi sunt, Eberhardus Spanhart etc. Sciendum est etiam, quod predium, quod Henricus de Valkenstein nobis dedit et iterum feudali jure à nobis recepit in Villa Endingen situm est, et vocatur in vulgari Johannes Guot, qui Blatre est cognominatus.

---

Cod. Dipl.

U